



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Nota Ad Indicis Calcem.


**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

ENCOMIASTÆ AD. III. PAR. PERTINENTES.

4. S. Petrus Prin. Apostolor.	n. 1	n. 4	
S. Ioannes Euangelista	n. 2	Alteri è Calitibus	n. 5
S. Thomas Apostolus	n. 3	3. Damon tandem ex Inferis	n. 1
S. Felix Nolanorum Patron.			

NOTA

AD INDICIS CALCEM.

1.  Anc quam legis (quisquis es) Encomia-  
starum multitudinem, & numero gran-  
dem, & dignitate illustrem, benè, ac verè  
per suas Classes distributam crede: Sic enim, ut scribo,  
res se habet. Quod si Eorum aliquos sub altiori fortuna  
esse, aut audias, aut videas, non negabo: quem enim ho-  
die noui Principem, manè Regem video: Regem iam Im-  
peratorem: Clericum iam Religiosum: Religiosum, iam  
Antistitem: Antistitem, iam Cardinalem: Cardina-  
lem iam Pontificem. Quidni? Mutatio hac temporis re-  
rum facies immutanti, non scriptoribus tribuenda.

2. Scire Te vellem, & rogo scias, prædictos hos Enco-  
miastas dignos huius operis esse: eorum siquidem scripta,  
dictæ in Societatis laudem, & typis excusa sunt, & no-  
stris Annalibus inseruntur. Cur ego huic Opella non in-  
feram? quare illà digni censendi non sint, qui maiora exor-  
nant volumina: quare hos dispersos laudum, siue spica-  
rum manipulos in honorarium Societatis horreum non  
congregem. Quæ hinc inde dispersa placent, qui congregata  
displicere poterunt?

NOTA AD INDICIS CALCEM.

3. *Iam expressis, iam tacitis Nominibus Personas refero: eas, ut in nostris, ac exteris Auctoribus inuenio, sic scribo: neque id minuit Societatis commendationem, quam non Nomina, sed Persona dignitas, aut qualitas tribuit, siue hac, siue illa nomenclatura polleat.*

4. *Nec Encomiastem contemnas, quem ignoras: quis enim Auctor ubique notus? quis eiusdem auctoritatis ubique? Quoties quem America nescit, plaudit Germania, stupet Roma? quoties ut tuba nobis Hispanis buccinat, qui Gallis, Anglisve nec ut fistula sonat. Ergo non Vrbi scribimus, sed Orbi.*



PATER